cadat in chordam R T normalis O H. Et moduli angulorum *a* 1, *b* 2, *c* 3, *&c.* ſignis gaudebunt affirmativis ſi a punctis *a*, *b*, *c*, *&c.* tendunt ſecundum directionem H O, negativis ſi ſecundum contrariam. 4. Producatur radius P O donec circumferentiæ denuo occurrat in *p*, & anguli S A O, S B O, S C O, *&c.* ut & A S O, B S O, C S O, *&c.* ſumi debent affirmative ſi exiſtunt in ſemicirculo ſuperiore P R *p*, negative ſi in inferiore. Et ſecundum has regulas ſigna quantitatum quibus areæ exprimuntur noſtræ figuræ accommodavimus.

VII. *Caſus rariſſimus* Plicæ Polonicæ *enormis à* D. Abrahamo Vatero, *M. D. Prof. Anatom.* Wittemberg. *& R. S. S. per* D. Conradum Sprengell, *Equitem, M. D. R. S. S. & Coll. Med.* Lond. *Licent. communicatus.* Vid. TAB. II. Fig. 2.

FŒMINA ruſtica in Polonia, in terris Principis Radzivil, anno ætatis decimo quinto, viro nupta, incidit decimo octavo, in morbum Poloniæ Endemium, qui Plica Polonica a capillo inenodabili vocatur. Hanc Plicam per quinquaginta annos fœmina geſtavit, ac per totum fere illud tempus dolore arthritico et contracturis tandemque maraſmo univerſali corporis afflicta tecto affixa fuit, tandemque ſenio confecta anno ætatis ſeptuageſimo octavo diem ſuum obiit.

obiit. Fœminam iſtam adhuc viventem vidit non tantum, & hac figura ad vivum depingere curavit, ſed ipſam Plicam poſt obitum reſectam ſecum Wittebergam attulit Clariſſ. D. Flouricke dicti Principis Medicus. Erat autem Plica quatuor ulnas longa, palmum lata, duoſque pollices craſſa, ſed altero tanto longior foret, ipſo referente, niſi magna ejus pars, temporis quo ægra decubuit diuturnitate, ſqualore & attritu conſumpta fuiſſet. Hunc ergo Caſum penitus extraordinarium, illuſtriſſimæ Societati Regali exponere volui. Spero autem fore, ut impoſterum de circumſtantiis ſingularibus hujus caſus a laudato Viro certior reddar, quas alio tempore communicabo.

VIII. *An Extract of a Letter from Sir* Conrad Sprengell, *M. D. R. S. S. & Coll. Med.* Lond. *Licen. to Dr.* Mortimer; *wherein he incloſed the foregoing Account of the* Plica Polonica; *together with an Article from the* Breſlaw Sammlung von Natur- und Medicin, &c. Geſchichten *upon the ſame Subject, tranſlated from the* High-Dutch *by Dr.* Mortimer, *R. S. Secr.*

SIR, *January 20th,* 173⅝.

* * * THE PLICA has been always related, and thought to be a Diſtemper, and to proceed from a Fever or Convulſions; but for my Part, from the beſt Information I could get concerning it, I

Fig. 2.

Fig. 1.